



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

5. Francvs Adegit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

tionem commutati nominis affert. Hassi autem Widekindo sunt *Hassigani*, Aimonio *Assi*, Saxonum contermini, Adamo Bremensi *Hassones*. Nunc *Hessos* appellamus. Reinerus Reineccius. in notis ad Poëtam Anonym. lib. 1. pag. 9.

4. PARVIT IMPERIO CAROLI. Ita Regino lib. 2. Chron. ad An. 776. *Ex predicto igitur loco (Eresburgo) cum tanta confusione discedentes (Saxones) venerunt ad aliud castrum, quod appellatur Desuburgh, ubi voluerunt similiter facere, sed Deo auxiliante, Francisque eis viriliter repugnantibus, nihil prevaluerunt. Oppidani vero persecuti sunt eos usque ad flumen, quod Lippa dicitur, & multos ex eis interfecerunt.* Haëtenus ille. Desuburgh verò idem esse quod Desenberg ostendit Fabricius. lib. 2. orig. Saxoniarum. Saxones jugi Francici impatientes & fœderis immemores, ducum suorum levitate, ipso absente (Carolo M.) rursus tumultuantur, arcem Heresburgum obsident, & Francis astute deditioem conantur persuadere, proposita incolumitate & præmijs; suspectam habentes Franci Saxonum fidem, id facere detrectant, nec viribus de præsidio deijci possunt, &c. Tentantes deinceps (Saxones) castrum Desenburgum in monte altissimo situm, & Hassia finitimum, nihilo felicius id oppugnant: Nam erumpentes Franci è præsidio, eos ad fluvium usque Luppam insequuntur; nec paucos intercipiunt & obtruncant. Et lib. 4. Idem cum tentarent ad arcem Disenburgiam, etiam cum dedecore & clade suorum rejecti, & fugati usque ad Lippam fluvium sunt.

5. FRANCUS ADEGIT. De Francorum origine erudite scripsit Isac. Pontanus sæpe nobis memoratus. De iisdem agit Philipp. Cluver. lib. 3. Germ. antiq. cap. 20. Et Reinerus Reineccius in comment. de origine Misenorum.

6. SAXONA. De Saxonibus vid. Cluver. Germ.

M

antiq.